Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 141

Oberrhein, [1. Hälfte des 14. Jh.]

Cantica der dritten Nokturn

urn:nbn:de:bsz:31-35797

Visual Library

Domine miserere
nr̄i te enī expec
tauimus: esto
brachium nr̄m in mane:
⁊ salus nr̄a in tempore
tribulationis. A uoce
angli fugierunt ppli: et
ab exaltatione tua dispse
s̄ gentes. Et ꝯgrega
buntᷣ spolia ur̄a sicut col
ligitᷣ bruchus: uelut cum
fosse plene fuerint de eo.
Magnificatus ē dn̄s
qm̄ habitauit in excelso:
impleuit syon iudicio et
iusticia: ⁊ erit fides ī tem
porib; suis. Diuicie
salutis sapientia ⁊ scien
tia: timor dn̄i ipse ē the
saurus ei⁹. Ecce uiden
tes clamabunt foris:
angli pacis amare fle
bunt. Dissipate s̄ uie
cessauit transiens per se
mitā: irritū fc̄m est pac
tum: ꝓiecit ciuitates n̄
reputauit homines.

Luxit ⁊ elanguit terra:
ꝯfusus ē lybanus ⁊ obsor
duit. Et fc̄s ē saron sic
desertū: ⁊ ꝯcussa ē basan
⁊ carmelus. Nunc ex
urgā dicit dn̄s: nūc exal
tabor ⁊ nūc sublimabor.
Audite qui longe estis
que fecerim dic dn̄s:
⁊ cognoscite uicini fortitu
dinem meā. Conterriti
s̄ in syon pccōres: possedit
tremor ypocritas. Quis
poterit habitare de uobis
cū igne deuorante: aut q̄s
habitabit ex uobis cū ardo
rib; sempiternis. Qui
ambulat in iusticiis ⁊ lo
quitᷣ ueritatē: qui ꝓicit
auariciā ex calumpnia: ⁊
excutit manus suas ab
omī munere. Qui obtu
rat aures suas ne audiat
sanguinē: ⁊ claudit ocu
los suos ne uideat malū.
Iste in excelsis habitabit
munimenta saxoꝝ subli

nitas ei⁹: panis ei datus
est: aque ei⁹ fideles s̄. Re
gem in decore suo uidebūt
oculi ei⁹: cernent terram
delonge: cor tuū medita
bitur timorem.
Miserere dn̄e plebi
tue sup̄ quā inuo
catū est nomen tuū: et
isrl' quē coequasti p̄mo
genito tuo. Miserere ci
uitati scificationis tue
irlm: ciuitati requiei tue.
Reple syon inenarrabi
lib; tuis: ⁊ gl'a tua p̄plm
tuū. Da testimonium
q̄a ab initio creature tue
s̄: ⁊ suscita p̄dicationes q̄s
locuti s̄ in noīe tuo p̄phe
pores. Da mercedem do
mine sustinentib; te ut
p̄phe tui fideles inuenian
tur: ⁊ exaudi orōnē seruo
rū tuor. Scdm bn̄dicti
onē aaron da p̄plo tuo: ⁊
dirige nos in uiā iusticie.
Ut sciant om̄s q̄ habi

// virtutib⁹

tant terram: q̄a tu es deus
conspector seculor. In nat.
dn̄i. ⁊ i epyph̄a. cant.
Populus qui am
bulabat in tenebris:
uidit lucē magnā.
Habitantib; in regione
umbre mortis: lux orta est
eis. Multiplicasti gentē:
nō magnificasti leticiam.
Letabunt' corā te sicut qui le
tant' in messe: sicut exul
tant uictores capta preda
qn̄ diuidunt spolia. Iu
gū enī oneris ei⁹ ⁊ uirgam
humeri sei⁹: ⁊ sceptrū exac
toris ei⁹ sup̄asti: sicut in
die madian. Quia om̄is
uiolenta p̄datio cū tumul
tu: ⁊ uestimentū mixtū
sanguine: erit in cōbustio
nē ⁊ cib; ignis. Paruul⁹
enī natus ē nobis: et fili⁹ da
tus ē nobis. Et fc̄s ē p̄n
cipatus sup̄ humerū eius:
⁊ uocabit' nomē ei⁹ admira
bilis ɔsiliari⁹. Deus fortis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

pater futuri seculi : princeps pa
cis. Multiplicabitur eius im
perium : et pacis non erit finis.
Super solium david et super reg
num eius sedebit : ut confirmet
illud et corroboret in iudicio
et iusticia. Amodo et usque in
sempiternum : zelus domini exer
cituum faciet hoc.
Letare ierusalem : et diem festum
agite omnes qui diligitis
eam. Gaudete gaudio
omnes qui lugebatis super eam :
ut potemini a lacte et sacie
mini ab uberibus consolationis
eius. Et cum avulsi fueritis
a lacte : epulemini ab intro
itu glorie eius. Quia hec di
cit dominus : ecce ego declino in
eos ut flumen pacis : et ut
torrens inundans gloriam gen
tium. Pueri eorum in humeris
portabuntur : et super genua con
solabuntur. Quemadmo
dum mater consolatur filios su
os : ita et ego consolabor vos :
et in ierusalem consolabimini. Et

videbitis et gaudebitis et leta
bitur cor vestrum : et ossa vestra ut
herba germinabunt : et commi
nabitur contumacibus. Ecce dominus
ut ignis veniet : et ut tem
pestas currus eius : reddere in
ira vindictam et vastationem in
flamma ignis. In igne
enim zeli domini devorabitur omnis
terra : et in gladio eius omnis
Urbs forti Caro.
tudinis nostre syon :
salvator ponetur in ea murus
et ante murale. Aperite por
tas : et ingrediatur gens iusta
custodiens veritatem. Vetus
error abiit : servabis pa
cem pacem quia in te speravimus.
Sperastis in domino in seculis
eternis : in domino deo forti in
perpetuum. Quia incurva
bit habitantes in excelso :
civitatem sublimem humi
liabit. Humiliabit eam
usque ad terram : detrahet eam
usque ad pulverem. Con
culcabit eam pes pauperis :

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gressus egenorum. Semita
iusti recta est: rectus cal
lis iusti ad ambulandum.
Et in semita iudiciorum tu
orum domine sustinuimus te: no
men tuum et memoriale tu
um in desiderio anime. Ani
ma mea desiderabit te in
nocte. Sed et spiritus meus in pre
cordiis meis: de mane ui
gilabo ad te. Cum feceris
iudicia tua in terra: iusti
ciam discent habitatores or
bis. Misereamur impio et
non discet facere iusticiam. In
terra sanctorum iniqua gessit: et
non uidebit gloriam domini. Domine
exaltetur manus tua ut non
uideant. uideant et confun
dantur zelantes populi: et ig
nis hostes tuos deuoret.
Domine dabis pacem nobis:
omnia enim opera nostra operatus
es nobis. In pascha usque
pentecosten.
Quis
est iste qui ue
nit de edom: tinc

tis uestibus de bosra. Iste for
mosus in stola sua: gradi
ens in multitudine fortitu
dinis sue. Ego qui loquor
iusticiam: et propugnator sum ad
saluandum. Quare ergo rubrum
est indumentum tuum: et uestimen
ta tua sicut calcantium in tor
culari. Torcular calcaui so
lus: et de gentibus non est uir
mecum. Calcaui eos in furo
re meo: et conculcaui eos in ira
mea. Et aspersus est sanguis
eorum super uestimenta mea: et
omnia indumenta mea inqui
naui. Dies enim ultionis in
corde meo: annus retributi
onis mee uenit. Circum
spexi et non erat auxiliator:
quesiui et non fuit qui adiu
uaret. Et saluauit michi
brachium meum: et indignatio
mea ipsa auxiliata est michi.
Venite et reuertamur
ad dominum: quia ipse ce
pit et sanabit nos: percutiet et
curabit nos. Viuificabit

nos post duos dies. in die
tercia suscitabit nos: et uiue
mus in conspectu eius sciemus
sequemurque ut cognoscamus
dominum. Quasi diluculum prepa
ratus est egressus eius: et ueniet
et nobis quasi imber tem
poraneus et serotinus terre.
Quid faciam tibi effraym quid
faciam tibi iuda. misericordia uestra quasi
nubes matutina et quasi ros
mane pertransiens. Propter
hoc dolaui in prophetis: et occi
di eos in uerbis oris mei: et
iudicia mea quasi lux egredi
entur. Quia misericordiam uolui et
non sacrificium: scientiam dei
plus quam holocausta.
Expecta me dicit dominus
in die resurrectionis
mee in futurum quia iudicium
meum ut congregem gentes et
colligam regna. Et effundam
super eos indignationem meam:
et omnem iram furoris mei.
In igne enim zeli mei deuo
rabitur omnis terra. tunc reddam

populis labium electum ut uocent
omnes in nomine domini et seruiant
ei humero uno. Ultra flu
mina ethyopie inde suppli
ces mei: filii dispersorum meorum
deferent munus michi. In
die illa non confunderis super
cunctis adinuentionibus tu
is: quibus preuaricata es
in me. Quia tunc auferam
de medio tui magniloquos
superbie tue: et non adicies ex
altari amplius in monte sancto
meo. Et derelinquam in
medio tui populum pauperem et
egenum: et sperabunt in nomine
domini reliquie israel. Non
facient iniquitatem nec lo
quentur mendacium: et non in
uenietur in ore eorum lingua do
losa. Quoniam ipsi pascentur
et accubabunt: et non erit
qui exterreat. Gloria patri.